



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Articulus V. vtrum in Christo fuerint dona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

neq; ad finem redemptionis, neq; ad aliquem alium A
 erat necessarium: Christus autem à principio habu-
 it omnem perfectionem vnioni debitam, cuius ca-
 rentia redemptioni necessaria non erat, vt partim
 ex præcedentibus constare potest, partim dicitur
 sæpius in sequentibus quaestionibus. Confirmatur
 primò, quia Adæ fuerunt in fusa hæc virtutes à prin-
 cipio creationis, multo ergo magis Christo. Confir-
 matur secundo, quia Christus habuit à principio om-
 nes affectus optime dispositos & moderatos, & re-
 ctæ rationi subiectos, & optimo modo, scilicet per
 internam affectionem & dispositionem.

Obiectio.

Dices primo. Maior perfectio esset has virtutes
 proprijs actib. acquirere, quia perfectius est aliquid
 à se habere, quam ab alio, & ab intrinseco, quam ab

Responsio.

extrinseco. Respondetur, melius simpliciter fuisse
 nunquam carere virtute, quia in hoc genere boni
 honesti, melius est semper esse in vltimo termino
 perfectionis, quam paulatim illa acquirere. Dices.

Obiectio.

Potuisse illas omnes virtutes habere in primo in-
 stanti, & tamen per proprios actus illas comparate:
 potuit enim in primo instanti habere perfectissimos

Respon.

actus omnium virtutum, & per eos illas sibi acqui-
 rere. Respondetur (quidquid aliqui dicant) hoc nec
 necessarium, nec verisimile videri: oportuisset enim
 vt anima Christi in eo instanti, simul habuisset cogi-
 tatione præsentis materias omnium virtutum, &
 per naturalem prudentiam iudicaret de omnibus a-
 gendis in omnibus illis materijs, atq; ita haberet a-
 ctus perfectissimos circa illas. hoc verò totum, quã-
 uis non implicet contradictionem, non est tamen
 tantum miraculum sine fundamento asserendum:
 præsertim, quia quomodocunq; Christus habuerit
 hos habitus, verisimè dicitur habuisse à se, & ab in-
 trinseco, & connaturaliter; & perfectus ille fuit,
 quidquid operatus est in primo instanti, ex habitu
 operatum esse, quam ad acquirendum habitum,
 non ergo indiguit exercitio virtutum ad has virtù-
 tes obtinendas.

Obiectio.

Sed vrgebis tandem, quia sequitur, Christum Do-
 minum per actus harum virtutum, quos exercebat,

Responsio
Quorundam.

nihil sibi adquisiuisse. Dicunt aliqui, adquisiuisse au-
 gmentum harum virtutum. Sed hoc nec verè, nec
 satis considerate dictum est, nam rationes, quæ pro-
 bant habuisse Christum hos habitus à principio, pro-
 bant similiter habuisse illos in gradu heroico, vt hic
 dixit D. Tho. vel, vt clarius dicamus habuisse in sum-
 ma perfectione, quam habere possunt, vel secundum
 legem Dei ordinariam, vel secundum naturalem
 capacitatem & facultatem hominis, cui hi habitus,
 & eorum actus accommodantur: vel deniq; in sum-
 ma perfectione, quam in ipso Christo vnquam ha-
 bituri erant. Ratio est, quia hoc totum debitum erat
 vnioni, vt ostensum est. Et confirmatur, nam modo
 in beatitudine non augentur hi habitus in Christo
 per actus, sed à principio conceptionis fuit tam per-
 fecte beatus, & constitutus in vltimo termino in ijs,
 quæ pertinent ad virtutem, & perfectionem animi,
 sicut nunc est. Confirmatur secundo, quia Christus
 non reddebatur promptior, vel facilior ad operan-
 dum studiose per exercitium actuum: vt eleganter
 dixerunt Basil & Dionys. præcedenti disput. sect. 3. ci-
 tati quia omnis hæc perfectio est naturalis Christo.

D. Thom.

Vnde neq; ad vnâ virtutem fuit vnquam prom-
 ptior, quam ad aliam, sed in summa proportionem om-
 nes semper habuit. Concedo ergo per hos actus,
 neq; habitus, neq; augmentum eorundem Christum
 acquisiuisse: quia actus non intendit habitum, nisi
 sit intensior illo, Christus autem à principio habuit
 habitus, vel magis vel æque intensos, quam futuri
 essent actus. Non vero negandum est, potuisse pas-
 sibile corpus Christi Domini, per externos actus ha-
 bilius reddi ad externos labores perferendos, vt pe-
 regrinationes, vigilijs, &c. hoc enim sæpe pendet ex
 qualitatibus, seu dispositionibus materialibus, quæ
 non spectant ad perfectionem virtutis.

Basil.
Dionys.

Responsio
Asteris.

est bonum, timoris vero malum: vt in secunda parte habitum
 est. * sed in Christo non fuit virtus spei, vt supra habitum est.
 Ergo etiam in eo non fuit donum timoris.
 2. Præterea, Dono timoris timet aliquis, vel separatio-
 nem à Deo, quod pertinet ad timorem castum: vel puniri
 ab ipso, quod pertinet ad timorem seruilem: vt Aug. dicit
 super Cano. Ioan. Sed Christus non timuit separari à Deo
 per peccatum, neque etiam puniri ab eo propter culpam, quia
 impossibile erat ei peccare, vt infra dicitur. 4. Timor autem
 non est de impossibili. Ergo in Christo fuit donum timoris.

ARTICVLVS VI.

Utrum in Christo fuerit donum timoris.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod in
 Christo non fuerit donum timoris. Spes enim
 videtur potior quam timor: nam spei obiectum
 est bonum, timoris vero malum: vt in secunda parte habitum
 est. * sed in Christo non fuit virtus spei, vt supra habitum est.
 Ergo etiam in eo non fuit donum timoris.
 2. Præterea, Dono timoris timet aliquis, vel separatio-
 nem à Deo, quod pertinet ad timorem castum: vel puniri
 ab ipso, quod pertinet ad timorem seruilem: vt Aug. dicit
 super Cano. Ioan. Sed Christus non timuit separari à Deo
 per peccatum, neque etiam puniri ab eo propter culpam, quia
 impossibile erat ei peccare, vt infra dicitur. 4. Timor autem
 non est de impossibili. Ergo in Christo fuit donum timoris.

47.
Ista. h. h.
col. 1.



D quintum sic proceditur. Videtur, quod
 in Christo non fuerint dona. Sicut enim
 communiter dicitur, dona dantur in ad-
 iutorium virtutum: Sed id quod est in se
 perfectum, non indiget exteriori auxilio.

Cum igitur in Christo fuerint virtutes perfectæ, videtur, quod
 in eo non fuerint dona.

2. Præterea, Non videtur esse eiusdem dare dona, & re-
 cipere: quia dare est habentis, accipere autem non haben-
 tis: Sed Christo conuenit dare dona, secundum illud Psal. 57.
 Dedit dona hominibus. Ergo Christo non conuenit accipere
 dona Spiritus sancti.

3. Præterea, Quatuor dona videntur pertinere ad con-
 templationem viæ, scilicet sapientia, scientia, intellectus &
 consilium, quod pertinet ad prudentiam: vnde & Philoso-
 phus in 6. Ethic. * numerat ista inter virtutes intellectuales:
 Sed Christus habuit contemplationem patriæ. Ergo non ha-
 buit huiusmodi dona.

Sed contra est, quod dicitur Isaia 4. apprehendent septem
 mulieres virum vnum. Glof. * id est, septem dona Spiritus san-
 cti Christum.

Respondetur dicendum, quod sicut in Secunda parte dictum
 est, * dona proprie sunt perfectiones quædam potentiarum
 anima secundum quod sunt nata moveri à Spiritu sancto.
 Manifestum est autem, quod anima Christi perfectissimè à
 Spiritu sancto mouebatur: secundum illud. Luca 4. Iesus
 autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane, & ageba-
 tur à spiritu in deserto. Vnde manifestum est, quod in Chri-
 sto fuerint excellentissimè dona.

Ad primum ergo dicendum, quod illud, quod est perfe-
 ctum secundum ordinem sue nature, indiget adiuari ab
 eo, quod est altioris nature: sicut homo quantumque per-
 fectus indiget adiuari à Deo. Et hoc modo virtutes, quæ
 perficiunt potentias anime, secundum quod dicuntur rati-
 one, quantumcumque sint perfectæ, indigent adiuari per dona,
 quæ perficiunt potentias anime, secundum quod sunt motæ à
 Spiritu sancto.

Ad secundum dicendum, quod Christus non secundum
 idem est respiciens, & danti dona Spiritus sancti: sed dat,
 secundum quod Deus; & accipit, secundum quod homo.
 Vnde Greg. dicit in 2. Moral. * quod Spiritus sanctus hu-
 manitatem Christi nunquam deseruit, ex cuius diuinitate
 procedit.

Ad tertium dicendum, quod in Christo non solum fuit
 cognitio patriæ, sed etiam cognitio viæ, vt infra dicitur.
 Et tamen etiam in patriæ sunt per aliquem modum dona
 Spiritus Sancti, vt in secunda parte dictum est.

In hoc articulo nihil occurrit notandum, præter
 ea, quæ dicemus disputatione sequenti.

Lib. 6. eth.
c. 3. & seq.
10. 5.

Glof. in
ibidem.

1. 2. 4. q. 41.
art. 1.

1. 2. c. 61.
m. 1. 1. 1.

9. 34. art. 4.

1. 2. 9. 61.
art. 6.

48.
1. 6. q. 3.
art. 7. 5. 3.

1. 15. q. 2. 2. 1.

1. 9. 3.
1. 2. q. 15. 6.
17. art. 1.

Ar. 4. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.

3. Pra.